

ni. *Transfixio. Tumulacio domini. Spoliacio inferni. Resurrectio domini. Visitacio sepulchri. Apparicio Marie Magd. Apparicio post resurrectionem. Ostensio vulnerum. Ascensio domini. Missio sancti spiritus. Mors B. V.* Nemo typographicae antiquitatis paullo peritior non videt Iconismos hos nostros *προτοτυπος* fuisse xylographici illius Tentaminis, quod vulgo *Biblia Pauperum* audit, cujusque Specimina quinque diversa in Bibliothecis adservari testatur Cl. Heinecke *Idée generale d'une Collection compl. d'Estampes. Lips. 1771. p. 306. 8.* Quin comparatis illis cum exemplari *Bibliorum Paup.* quod Caesarea condit Bibliotheca, patuit, Inscriptio-num nullam esse differentiam, solumque Xylographum in efformandis figuris a Pictore nostro saepe saepius abire. Patuit praeterea, Iconismos e Codice nostro quosdam deperiisse. Censemus enim non nisi XXXIV. cum ad completum *Bibliorum Paup.* exemplar XXXX. requirat laudatus Heineckius. Itaque nobis desunt, ut ille gallice effert: *Le Christ va au jardin des olives. La prise de Jesus au jardin. Le dernier jugement. L'Enfer. La Beatitude. Les recompenses des élus.*

CLIX.

VI B. f.

54 Codex membraneus germ. Sec. XV. Folior. 370. f. caractere unciali, crasso, ad Pfalterii Faustiani MCCCCLVII. formas accedente exaratus et rubricis pro-

be distinctus continet *Postilla* five *Expositiones Evangeliorum*, ita, ut positus latine primis sacri Textus verbis sequatur eorum interpretatio, tum in ea fusius differatur, adductis etiam in confirmationem aliis Scripturae locis, et PP. effatis. Damus initium. *In principio erat uerbum. et uerbum erat apud deum. &c. daz sprichet also. In dem anegeng waz daz wart. vnd daz wort waz bey got &c.* Initium glossae: *Di andrn euangelisten schreiben. Daz unser herre geporn sei in der Zeit diser welt. daz ist nach der menscheyt. &c.* Narrationes de Natali Servatoris, fuga in Aegyptum et vita in Nazareth multis piis fabellis scatent depromptis ex *Evangelio Infantiae Christi*, cujus specimen ex Graeco J. B. Cotelarius, ex Arabico Henr. Sikius dedit, et repraesentavit J. Alb. Fabricius in *Cod. Apocr. N. T.* p. 127. collato insuper ex *Lambec. L. VII. p. 270.* fragmento Bibl. Caes. Graeco, quod tamen nunc evanuisse legimus in *edit. Kollar. ejus Libri col. 579. n. B.* Specimen fit ex fol. 88. sequens narratiuncula: *Eins andern tags ging daz chint ihesus mit einen chrug nach wasser vnd wolt seiner mutter wasser pringen alz ander chint taten. do zeprach er den chrug. Do sprachen di andern chint. Ihesus wie wil du nu tun. do nam er dez wassers in seinen gern (vestis anterior plicata, finus) vnd trueg es seiner mutter beym. das nie chain zaber (gutta) ber auz cham. Nu wolten di andern*

deru chint auch wasser in dem gern tragen vnd zeflugen ir chriüg alle sampt. vnd namen daz wasser in ir schoz. da wurden sie gar naz vnd nichtsnicht beleyb darinne. wie oft si in di schoz guffen. do getorst der chinde allen den tag nie chbeyns bey dem chomen. Vnd do si in genug vorchten. do hiez ihesus igleich kint seins chruugs schirbe ze samen lesen. vnd macht si wider gancz. do gingen di chint froleich bey dem an vorcht. vnd sagten iren freunten den andern iuden. dise ding. di wolten durch ir vnselicheit gots tugent vnd craft nicht versten. vnd iaben (asserebant) er tet es mit zauber. &c. Saniora sunt multo, quae in Servatoris doctrinas, Parabolas &c. per decursum Operis commentatur Noster. Definit vero in sanatione pueri Centurionis, neque passionem adtingit. Illud addo, Epiphaniae festum diem adpellari illi diem supremum, der oberste tag, id, quod et in Diplomati- bus saepe usuvenit. Rationes et exempla habes in Cl. Ant. Pil- gram Calendario Chronologico, quod utilissimum opus lucem vidit Vindob. 1781. 4.

CLX. VI. 9. 4.

518 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. nunc 144. 4. grandi rudique caractere perscriptus Expositionem sive Glossam complectitur in Concordiam Evangelicam Dominicae Passionis, quae sic inchoat: Postquam a principio corporis evangelici actum est de ingressu saluatoris nostri ihesu in hunc

mundum per eius conceptionem et natiuitatem. Et post hoc de eius progressu per hunc mundum per eius legislationem — Hic iam agitur de eius egressu &c. Atque ex his verifimile fit, quod in hoc Codice restat, tertiam esse Partem Concordiae sive Monoteffari cujusdam in totum Evangelium, quae nec ipsa quidem hic integra habetur, nam ultima glossa est in Luc. C. XXIII. v. 12. et quamvis per errorem Compactoris posteriora quaedam inserta sint a fol. 25. ad fol. 37. ea tamen non nisi a Matth. C. XXVII. v. 54. aufpicantur, et in Job. C. XX. v. 4. definunt. Opus, ut summum, Sec. XIV. scriptum esse patet e frequenter citato Nic. Gorrano O. P. qui a. 1295. diem clausit.

CLXI.

Codex membraneus germ. Sec. 973. XVI. ineuntis, Folior. 150. 8. min. eleganter perscriptus, literis initiorum deauratis, picturatis, Iconibus XXIX. mysteria vitae, Mortisque τὸ Θεωοῦ ἀρτιφί- ci penicillo referentibus, marginibusque iis oppositis cum figura e V. T. depromta, tum diverso florum, animaliumque ornatu variis clarus Narrationem Passionis Dominicae e IV. Evangelistis in unum coactam continet hoc rubro: Der passio als in die vier ewangelisten schreiben, so man sy zusammen setzt nach rechter ordnung der hystorien vnd fabet an von der erweckung Lazari. Finit vero cum Ascensu in coelum. Omnia